

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] sit virtus cardinalis? 11

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

uat ad aggrediendum , vel in quantum tristitia est  
 1. 2. q. 47 causa iræ , vt supra dictum \* est ; vel in quantum ali-  
 a. 1. et 3. quis exponit se periculo , vt tristitiam fugiat . Simili-  
 ter etiam concupiscentia secundum propriam ratio-  
 nem tendit in bonum delectabile , cui per se repu-  
 gnat aggressio periculorum . Sed per accidens quan-  
 doque coadiuat ad aggrediendum , in quantum sci-  
 licet aliquis vult potius in pericula incidere , quam  
 a. 8. a me delectabili carere . Et ideo Philosophus \* dicit in-  
 dio, 10. 5. tertio Ethicorum , quod inter fortitudines , quæ sunt  
 ex passione , naturalissima esse videtur , quæ est per  
 iram , & accipiens electionem , & cuius gratia ( scilicet  
 debitum finem ) fortitudo sit vera .

## ARTIC. XI.

2. qu. 6. *Verum fortitudo sit virtus cardinalis?*  
 a. 2. et 3. **A** vndecimum sic proceditur . Videtur , quod for-  
 titudo non sit virtus cardinalis . Ira enim , vt di-  
 catur , est \* , maximam affinitatem habet ad fortitudi-  
 nem . Sed ira non ponit passio principalis , nec etiā  
 d. 33. q. 2 audacia , quæ ad fortitudinem pertinet . Ergo nec for-  
 a. 1. q. 3. titudo debet ponи virtus cardinalis .  
 q. 4. **¶** 2 Præterea , Virtus ordinatur ad bonum . Sed  
 vir. q. 1. fortitudo non directe ordinatur ad bonum , sed ma-  
 gis ad malum , scilicet ad sustinendum pericula &  
 a. 12. ad labores , vt Tullius dicit . Ergo fortitudo non est virtus  
 25. et 26. cardinalis .  
 q. 5. **¶** 3 Præterea , Virtus cardinalis est circa ea , in  
 art. 2. quibus præcipue versatur vita humana , sicut ostium  
 a. præc. \* cap. 1. in cardine veritatis . Sed fortitudo est circa pericula  
 † Ambr. mortis , quæ raro occurrit in vita humana . Ergo forti-  
 li 3. in c. tudo nō debet ponи virtus cardinalis , sive principalis .  
 beati pau SED contra est , quod Greg. 22. \*Moral . & Ambros.  
 peret , 10. super † Luc . & August. in libro \* de morib. Eccle-  
 sia , numerant fortitudinem inter quatuor virtutes  
 \* 15. **¶** 4. cardinales , sive principales .  
 22. 10. 1. RESPONDEO dicendum , quod sicut supra dictum  
 1. 2. q. 6. est \* , virtutes cardinales , sive principales dicuntur , quæ  
 a. 3. **¶** 4. præcipue sibi vendicant id quod pertinet communiter

ad

ad virtutes. Inter alias autem communes virtutis conditiones una ponitur, firmiter operari, ut patet in 2.\* 6.4. 10.5.  
Ethic. Laudem autem firmitatis potissimum sibi vendicat fortitudo. Tanto enim magis laudatur, qui firmiter stat, quanto haber grauius impellens ad cadendum, vel ad retrocedendum. Impellit autem hominem ad discendendum ab eo, quod est secundum rationem, & bonum delectans, & malum affligens: sed grauius impellit dolor corporis, quam voluptas. Dicit enim Aug. \* in lib. 83. quest. Nemo est qui non magis fugiat dolorem, quam appetat voluptatem: quandoquidem videmus etiam immanissimas bestias a maximis voluptatibus exterreri dolorum metu. Et inter doles animi, & pericula, maxime timentur ea quae ducunt ad mortem: contra quae firmiter stat fortis. Vnde fortitudo est virtus cardinalis.

Ad primum ergo dicendum, quod audacia, & ira non cooperantur fortitudini ad actum eius, qui est sustinere; in quo praecipue commendatur firmitas eius. Per hunc enim actum fortis cohibet timorem, qui est passio principalis, ut supra dictum \* est.

Ad secundum dicendum, quod virtus ordinatur ad bonum rationis, quod conseruari oportet contra impulsus malorum. Fortitudo autem ordinatur ad materia corporalia, sicut ad centaria, quibus resistit; ad bonum autem rationis, sicut ad finem, quem intendit conseruare.

Ad tertium dicendum, quod quamvis pericula mortis raro immineantur; tamen occasiones illorum periculorum frequenter occurunt: dum scilicet homini aduersarij mortales suscitantur, propter iustitiam quam sequitur, & etiam propter alia bona quae facit.

## ARTIC. XII.

*Vtrum fortitudo præcellat inter omnes alias virtutes?*

A D duodecimum sic proceditur. Videtur, quod fortitudo præcellat inter omnes alias virtutes. Dicit enim Ambrosius \* in primo de Off. Est fortitudo vel ex exteris excelsior.

q. 36. ante  
te med.  
10.4.

1.2. q. 25.  
ar. 4.

6.28

ca 35. in  
princ. &  
c. 28 10.4.

C 3. Q 2 Præ-